



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXVIII. Milites autem abduxerunt eum intra aulam, quod est prætorium, & conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura, & circu[m]ponunt ei plexam corona[m] spineam: & cœperunt eum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Regem Messiam venturum docebant, qui populum ex diaboli seruitute in libertatem filiorum Dei assereret. Quamcumque ergo in se esse, cum patribus ipsos quoque prophetas damnant, qui omnem salutis spem in promisso saluatore repositam habuerunt: et cum hunc nobis Deum verum, eternum & san-ctum describerent, illi Casarem preferunt Tiberium, hominem non modo mortalem, verum etiam ty-rannicum & monstrum libidinis. Fuit ergo hac vox indigna plane, & que sola merebatur, ut Casarem sentirent crudelissimum, quem Christo saluatore preferre non puduerat. Nec tamen ad huc quie-scunt, sed Pilato de innocentia Christi apercius testantur, & querunt quodnam ob crimen occisum seunt, sed Pilato inanis clamoribus obstrepunt, & hoc vnum subinde vociferantur: Crucifige eum, crucifige. Adhuc Pilato solenni manu ablutione culpam omnem abs se reiciunt, illi clamant: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Qua voce nihil horrendum magis dici poterat, vel audacius. Cum enim Deus innoxii sanguinis reatu pollutus suam iram in lege deuincit, quid hoc aliud fuit, quam huius iudicium contra se & posteritatem omnem prouocare? Cum primis tamen hoc loco quodammodo excusari non potest, illi tamen latronem preferunt, nec aliqua proprii honoris cura tanguntur, qui non leuiter violabatur, cum latronis patrocinium & defensionem susciperent. Præterea Pilatum grauius & non sine rationibus sibi reclamantem audiunt, huc tamen præferunt sacerdotum blanditias: qui interim suo iudicio se produnt egregie. Qui enim Christum occidendum esse dixerunt, ne seditionem excitaret, nunc populo aut bores sunt, ut seditiosum & latronem sibi do-nari petat. Postremo nec rationibus, nec tristis sanguinolento Christi flagellati spectaculo mirari possunt, sed clamoribus seditiosus Pilatum cogunt, ut ipsis morem gerat. Dignissimi ergo fuerunt, qui postea seditionibus bellum sibi ipsi acceperunt, quo horribiliter & incomparabili crudelitate excisi sunt. Atqui vicinam hodie non similia publicæ & priuati ferent, Scimus enim Euangelij professores & totas ecclesias interdum impiorum artibus ita circumueniri, ut fidos pastores ad la-nienam excruciant, dum paci publice non aliter consuli posse persuasi sunt. Sunt etiam, qui Euange-lij doctrinam prorsus abijciunt, ut hostium animos sibi concilient. Quoties verò priuati Barrabas Christo præferunt, quando multi ab hoc potius excludi & manifestam salutis iacturam facere vo-lunt, quam à sceleribus refugere, quibus totam fidei sue professionem polluant, adeoque Christum ip-sum (quantum in illis est) crucifigunt? Sæpius igitur Christo impudens scorum, aut turpe lucrum, aut secundum impietatis studium, aut alia immanissima scelera anteponunt, qui nullis admonitionibus vel minis se in viam reuocari patiuntur. Sed discent omnes illi olim magno suo malo, quam seueriter Deus filij sui contemptum visitatur. Nos verò meriti illius fiducia erecti iniurias & aduersa quæ-que patienter feramus, ut cum eodem olim in caelis regnare liceat. Ipsi debetur benedictio, honor, glò-ria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A C X X V I I I .

Milites autem abduxerunt eum intra aulam, quod est prætorium, & conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura, & circumponunt ei plexam coronam spinæ amari & ceperunt eum salutare: Aue rex iudæo-rum. Et uerberabant illius caput arundine, & inspuabant in eum, ac summissis genibus adorabant illum. Et cum illussissent ei, exuerunt il-lum purpura, & induerunt illum uestibus proprijs: educuntque eum ut crucifigerent eum. Et cogunt prætereunte quendam Simonem Cyrenæum, qui ueniebat rure, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius.

Quemadmodum Dei filius cum in terris ageret, in omnes homines beneficia magna & salu- Argumentum
aria contulit, nec aliquem ad se uenientem est aspernatus: Ita cum mortis ipsius tempus in- et ipse præsen-
staret, omnis ordinis et loci homines incomparabili ingratiudinis exemplo in illum peccarunt. Nam tis loci.

de illo occidendo primi consularunt sacerdotes & scribae, quorum erat ipsi populum adducere. Illi illum prodit ludas discipulus & pseudoapostolus, capiunt sacerdotum famuli, captum Petrus adducunt, condemnant eum sacerdotibus seniores, inde Pilato traditum totus populus inuicem conuenit ad infame crucis supplicium postulat, Pilatus uero praeses, ut illis gratificetur, innocenti condemnatur. Accedunt his omnibus milites, qui antiquitus suppliciorum executores & praefecti erant, qui inuari crudelitate in illum sauiunt. Et haec omnia Euangelista studiose narrat, primo quia inuoluntate nostra redemptionis mysteria, deinde quia hinc discere licet, quae semper inter homines Christi & doctrinae ipsius fors sine condicio futura sit. Etsi enim ex illius predicatione infinita ad immortales beneficia redeant, tamen ut primum pericula imminant, plerique turpiter desinunt, multo uero etiam hostes aperti fiunt, & in uerbum ipsius & in omnes credentes crudelissima ab eis agitur. Tunc uero ad Christi exemplum nos confugere oportet, ut illius consideratione fidem nostram confirmemus. Facit hic praesens locus, quo militum crudelitas describitur, qui primo contumeliosissime tractarunt eum, quem praeses damnauerat, deinde ad supplicium duxerunt, & Simonem Cyrenaeum crucem ipsius ferre coegerunt: ex quibus facile patebit, quid bodie sperandum sit a iustis qui in illo uolunt pie uiuere.

Christum ut regni affectatorum milites rident.

Primo in praetorium abducunt, & coram cohortem conuocant, ut omnes simul rabiem suam exauriant. Ibi suis uerbis excutim induunt purpura, spinis coronant, & simul multa alia faciunt in illius contumeliam, quae hic commemorantur. Porro actionis huius tam contumeliosae, & inuoluntariae, quod affectati regni illum accusant sacerdotes, & hoc nomine a Pilato esse damnatum. Et uoluntur milites hoc facto suum erga Romani Imperij maiestatem studium testari uoluisse, dum ad regiminiose eum tractant, qui lese maiestatis crimen sustinebat: simul uero per ludibrium indicant, quod sit ipsorum de regno Christi sententia. Regum insignia sunt pallium siue trabea, corona & scepterum. Haec ergo omnia Christo tribuunt, sed ludicra & ignominiosa, ut regnum eius ridiculam, caducam & ingloriam esse testentur. Primo purpura illum induunt, quae Reges olim ueluti solebant, ut ipse uos uestris militare fuisse, quo Christum induerunt, Mattheus docet, qui chlamydem uocat, utrumne ergo non caruit, quod militariter eum induunt, qui haecenus propheta uel doctoris officio funga fuerat. Deinde coronam capiti imponunt, sed ex spinis contextam, ut regnum ipsum miserum & uulniferum esse innuant, quod tam ipsi quam sectatoribus suis exitium afferat. Dant praeterea spectrum, sed arundineum, quo uires illi plane nullas esse significare uolunt. His addunt salutaris irrisionis & amarulentiae plenas: Aue rex Iudaeorum: quibus non Christum modo, sed regnum Iudaeorum gensem ludibrio habent, quam regem & regnum nouum somnari seiebant. Et uolunt in isto Dei iudicio, ut quae Christo inferuntur contumeliae in illos ipsos redundet, qui eius primi auctores fuerant. Neque his contenti, in super conspuunt, & arundine (quam seipri loco ipsi dederant) percussu percussunt. Facta sunt haec ab illis indignissime. Nam ut maxime supplicio dignus fuisse Christus, communis tamen sensus docet, commiseratione prosequendos esse eos, quos eo uisus, proliabi uoluit, Deus, ut publica iusticiae ipsius exempla ipsos fieri oporteat. At cum omnibus per se haec Christi innocentia, nec Pilati praesidis de illo testimonium milites isti possent ignorare, plus quam bellum, imo diabolicus fuit furor iste, qui illos ad tantam rabiem extimulauit. Et poterant ipsa non per se offendere infirmos, si ad rationis humane calculum examinarentur.

Cur Christum irrideri oportuerit.

Est ergo diligenter considerandū, cur ista sic fieri oportuerit: & mox lata salutaris mysteria ostendunt, quae omni scandalo facile medebuntur. Peccat Adam superbia, ut nuper diximus, & tanta est eius transgressio ipsius uis, ut in nobis etiam ambitionis huius uestigia quotidie apparerent, quae non modo nobis ipsis plus e quo placemus, & proximos nostros insolenter contemnimus, uerum etiam contra Deum animos atrolimus, cuius uerbo reluctari, & iudicia eiusdem reprehendere non pudet. Quia ergo in nobis omnibus Dei imago extincta fuit, non percui modo & conspui, sed a Deo faceremur, & cum diabolis aeternae damnationis ignominia multari merebamur. Sed succurrit nobis Dominus, qui extremam hanc ignominiam propter nos subire uoluit, ut & nostram culpam merito expiaret, & Dei imaginem in nobis restituere. Neminem ergo offendere debent contumeliae, quae Christi inueniunt, cum haec ad nostram redemptionem tantum momenti consulerint. Agnoscamus potius Dei bonitatem, qui filium suum eo uisus, humiliari uoluit, sed & filij Dei dilectione celebremus, quia nos in eum

urum erat ipsi populo
 docerem famulatum
 addidit totum populum
 illis gratificetur
 executores & profecti
 studiose narrant. primo
 e licet, que semper inter
 illius predicatione
 mt, pleriq; curpiter
 nes credentes et uide
 er, ut illius conyde
 as desirunt, qui
 supplicium duxerant,
 eebit, quid bodie per
 uocant, ut omnes
 coronant, et similia
 nis huius tam contum
 mine a Pilato esset
 m studium restari
 simul vero per
 pallium sine cruce,
 sa, ut regnum eius
 qua Reges olim
 aus docet, qui
 nus probra vel
 extant, ut regnum
 suis exitium
 ficare volum. Hi
 bus non Christum
 nouum somnare
 ipso redunder, qui
 quam seipri loco
 os esse eos, quos
 At cum omnibus
 ti possent ignora
 extimulauit. Et
 arentur.

rus est, ut hac tam acerba & contumeliosa uoluerit subire, ut nostra saluti consuleretur.
 Simul uero discamus, quam indignus sit Christiano homine fastus omnis, imprimis uero is, quem
 restituta & ambitiosa honorum huius seculi affectatione multi declarant. Vult enim Christus, ut suo
 exemplo humilitatem discamus, & de ferendis contumelijs sepe cogitemus, quando has nunquam
 effugient, qui illius discipuli esse uoluerint. Quoties ergo uestitu super bire liber, quoties ite honorum
 & titulorum uibratilis splendor mentis tue oculos perstringit, tunc tibi Christi propter pec-
 cata tua tam contumeliose illius imago in mentem ueniat, & mox disces, quam parum ista eos de-
 ceant, qui in Christi morte ignominiosa spem salutis omnem collocatam habent. Vidit hoc Gottefridus
 & qui cum illi Hierosolyma a Christianis occupata a regnum deferretur, regiam quidem potesta-
 tem & curam suscepit, regis uero nomen & insignia recipere noluit, negans se in ea urbe auream co-
 ronam sumpturum, ubi Dei filius spineam gestasset. Dignus sane, qui totius orbis regnum teneret,
 indignus autem, cuius pietate & fortitudine Romani Pontifices sub preetextu sacri belli ad sua cy-
 rannidem stabilendam abuterentur. Mouit illi, ut hoc diceret, loci religio: at cur non magis moueat
 omnes nos salutis nostre cura, quam ita nobis restitui oportuit, ne ea denuo committamus, a quibus Chri-
 sti merito sumus redempti? Num enim illum ideo corona spinea redimiri uoluisse putabimus, ut nos
 stari merito sumus redempti? Num enim illum ideo corona spinea redimiri uoluisse putabimus, ut nos
 elato capite & perulanti ornatu proteruire pergamus? An ehlamydem militarem per ludibriu ge-
 stauit Dei filius, ut tu totus sericatus incedas, & immani fastu superbias? An arundineu sepe
 manu tenuit, ut tu digito auro & gemmis uincias? Sed quid ista in priuatis hominibus ac-
 uat, quando Pontifices non pudeat coronam gestare triplicem, auro gemmisq; grauem, qui se Christi
 vicarios esse gloriantur? Exponunt illi etiam bodie Christum Turcis & Iudeis deridendum, imo
 potius illum in sinu suo derident, dum illius contumelias & crucem predicant, interim uero sub hu-
 ius nomine Regum huius seculi fastum & splendorem longe uincunt.
 Præterea hoc exemplo doceri nos oportuit, quod nam omnibus seculis futurus sit huius mundi de iudiciu mundi de
 Christi regno iudicium. Unde enim hac libido milites incesit, nisi quod Romanum Imperium, cui regno Christi
 Christus insidiatus esse fereretur, sacrosanctum & inuictum, imo æternum esse putarent? Quod ip-
 sum se egregie demonstraturus arbitrantur, si Christo & regno ipsius illudant, & illud infirmit, pe-
 riculosum, caducum & infame esse doceant. Est hoc mundi ingenium, ut que carni preclarior uideat
 tur suspiciat & æterna putet, celestia uero & que uere æterna sunt, pro caducis & noxijs contem-
 nat atq; negligat. Et hæc ferè illusio, & ludibriorum causa est, quibus pij percutiunt, si quando
 rei ipsorum minus feliciter succedunt. Sic olim gentes pijs dicebant: Vbi nunc est Deus ipsorum?
 Et in presenti Christum securi ridenti milites, quod ipsum uinctum & damnatum esse uideant. Ho-
 die huius generis multa passim audiuntur, & nihil tam uulgare est, quam quod ex piorum calami-
 tibus triumphandi occasionem mundus infelix uenatur. At neminem ista offendere debent, quia
 suo iudicio mundus multum fallitur. Etsi enim Christus uilis & contemptus sit, sua tamen potentia
 mundi uires longe superat. Ipse enim lapis ille est, qui absque hominum manu reiectus mundi regnis si
 nem imponet, & orbem totum complebit. Idem ille sceptrum habet ferreum, quo hostes suos omnes, ut
 uasa testacea comminet. Experi sunt hoc olim Romani Imperatores, quotquot contra illum &
 ecclesiam ipsius arma sumserunt: qui omnes horrenda exempla facti sunt, quibus totum mundum
 Deus admonere uoluit, quid filij sui contemptores maneat. Et regnum ipsius perpetuum & æternum
 esse, non propheta modo, uerum etiam angeli testantur, & ipsa reru experientia abunde docet. Corru-
 runt enim regna huius mundi omnia, nec ullum unquam fuit, quod uel armis uel consilij defendi
 & seruari potuerit. At Christi regnum, etsi armis potentissimorum regum iam inde ab exordio
 mundi oppugnatum sit, durat tamen in hunc usque diem, & in consummatione usque seculorum du-
 rabit, in qua fideles celestis glorie consortes facti cum Christo Iesu æternum regnabunt. Coronantur
 quidem spiritus dum hic uiuunt, sed ex spiritus istis rosa suauissimi odoris enascitur, & olim corona in-
 stituta donabuntur, quam aduentum suum diligentibus Dei filius preparauit. 2. Timoth. 4. Quot-
 quot uero pijs afflictionu autbores sunt, & in illis fidei confessionem ridet, hi se militum istorum so-
 cios esse meminerint, & cum illis olim sua impietatis stipendia accipient. Christi enim uox est: Qui
 uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Itæ, Quod uni ex minimis hisce fecistis, mihi fecistis. Nec mul-
 tum ab his abjunt, qui Christi cruce & omnibus ijs, que passus est, temere abutuntur, dum per illius

Contra fastum
 & superbia.
 Matth. 11. & 5.
 Gottefridus Lo-
 tharingie Dux.
 de iudiciu mundi de
 cui regno Christi.
 Daniel. 2.
 Psal. 2.
 Luce 1.
 Zach. 2.
 Math. 23.



vulnera, flagra, sanguinem, mortem, mala imprecantur illis, quibus irati sunt, adeoq; Christi
sua iniuste ministrum sive executores constituit. Quid enim hoc aliud est, quam ea illi experire
re, quae propter nos pati dignatus est?

Christus duci-
tur ad suppli-
cium.

Porrò ad alterà huius loci partem transeamus, qua ut ad supplicij loci ductus sit Christus
ratur. Cum illussent ei (inquit Marcus) exuerunt illum purpura, & induerunt illi vestibus
prijs, educuntq; eum ut crucifigerent eum. Cur purpura illum exuerint, non dicitur: at tamen
simile videtur, quòd cum chlamys illa ad aliquem illorù pertineret, ille in ea ipsum duci voluit.
Incerim locus datur diuisioni vestium Christi, quam illo in crucè suffixo fieri oportebat. Iam
uide fuerat predictù. At hac parte cum primis memorabile est, quòd de Symone Cyrenaeo scri-
tur. Primò enim ipse Christus crucè, cui affigendus eras, extra vrbs portas gestauit, sicuti saepe
restatur. Et videtur hic mos publicis fuisse, ut fontes ipsi suas cruces portarent, cum tanta igno-
mia supplicij ignominia, ut illas nemo tangere dignaretur. At cum vigilia nocturna & flagrantis
rigatus, curis icem & mærore confectus tanto oneri succumberet, Simonè Cyrenæum ex agro in
dem redeuntem coegerunt, ut crucem post Iesum ferret: quòd per ludibriù & contumeliam
atum fuisse, non est dubium.

Crucis Christi
mysterium.

Latec autè sub his nostrae redemptionis & salutis mysteriù. Extra vrbes Christus mortem
illuc ipse crucè proprià effere. Respondet hoc veteri typo, quòd Apostolus obseruauit, cum scriberet
Animalium, quorù sanguis infertur pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur
extra castra. Quapropter & Iesus, ut sanctificaret populum pro propriù sanguine, extra portam
egressus, in quibus ipsum immolare pater Abraham decreuerat, ut ostendat sibi impostas esse
iniquitates nostras, nec has modo, verum etiam penam & multam correctionis nostrae, ut sciamus
quit, qua nos omnes ad mortem aeternam posebamur. Exultat autem crucem hanc extra vrbes
ita docens, peccatum nobis posthac imputari non posse, cum ipse suo merito pro nobis satisfecerit.
huc idem Apostolus respiciens dixit: Nulla est nunc condemnatio his, qui sunt in Christo Iesu. Quis
intendat crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quis ille qui condemnat? Et
missima ergo hinc perì potest consolatio, qua nos in tentationum palestra sustinemus. Vbi sumus
igitur abimus, officij nostri esse, ut etià ipsi relicto mundo hoc, in quo non habemus ciuitatem perman-
tem, quiq; totus in malo constitutus est, ad Christum exeamus, opprobrium eius portantes, sicut
postolus in loco superius adducto nos admonet. Cur enim in mundo hoc delitescimus, qui sciamus
vrno Christo repositam esse nos, qui extra portas passus, hinc in caelos migravit, ut illi omni po-
teriam & hereditatem aeternam pararet?

Hebr. 13.
Num. 19.

Genes. 22.
Isaie 53.

Rom. 8.

1. Ioan. 3.
Hebr. 13.

Pij crucè Chri-
sti ferre cogun-
tur.

Facit huc cum primis, quòd de Simone Cyrenæo scribitur, quem ex agro redeuntem Christum
ferre cogunt milites. Docet enim hoc exemplum, quid pios maneant, dum in huius vite stadio
runt. Inuitat Christus ad crucem ferendam omnes, qui ex discipulorù ipsius numero censeri volent.
A cruce verò carnè abhorretere, supra Christi exemplo didicimus, & in nobis ipsis quotidie experiamus.
Opus ergo est illis, qui nos vel inuitos cruci subijciant, nec ipsam illi desunt, quam primò in
agris, id est, terrenis studijs, ad caelestem Hierosolymà tendere incipimus. Nam ut veritati
mundus odit, ita nec eos ferre potest, penes quos illa luget, & quos suis studijs contrarius efficit.
Quò fit, ut iuxta Pauli dictù persecutionem patiantur, quos quoc in Christo pie viuere inueniunt.
At hic dud cum primis necessaria sunt obseruata. Primù, ut Christi sectari, quam Deus imponit
cem ex fide patienter feramus. Quòd tunc praestabimus, si nos illa opus habere cogitemus, quòd
ro nostra aliter coerceri nequit. Patris itaq; officio fungitur Deus, & filios quos diligit, castigat. De-
inde non est, quòd praesenti contumelia seu ignominia moueamur. Per fidem enim fit, ut crucis Christi
efficiatur quicquid nobis molesti accidit, & proinde cù illo olim regnabù & vinent, qui cù ipsi
Eti aut mortui fuerint. Quin inter homines quosq; martyriù suorum memorià Deus conferuat, cuius
rei exemplum euident in praesenti historia proponitur. Quam enim vilis & obscurus homo fuit
non hic Cyrenæus, vel ex eo patet, quòd tunc correptù Christi crucè ferre cogunt milites. At
nomè Deus per suos scriptores perpetua memoria consecrare voluit: nec ipsius modò, verum etiam
lexandri et Rufi, filiorum ipsius, quos in ecclesia posteris temporibus celebris fuisse patet, cum illis

Matth. 16.

Ioannis 3.
1. Tim. 3.

Hebr. 12.
Prou. 3.

2. Timoth. 2.

nomina perinde recensentur Marcus, ac si omnibus notissimi fuerint. Que enim ratio erat, que Simonem (qui cum hoc scriberet Euangelista, fortassis vita defunctus erat) Alexandri & Rufi patrem fuisse, inberet amotare, si non aliqua fuisset illo tempore inter pios nominis illorum celebritas? Et si quid coniecturari a se qui possum, non alios fuisse puto, quorum mentionem Lucas in Actis, et Paulus ad Romanos scribens faciunt. Ille enim Alexandri meminit, quem in Ephesina seditione Pauli Actor. 19. odio in concione extruxerunt Iudei, cum Paulum fratres ad se recepissent. Rufum vero cum matre Rom. 16. saluere iubet Paulus, qui fortasse post Simonis mortem Romam concesserant. Certe, nisi alibi prius sedes habuissent, Paulo tam familiariter noui non fuissent, qui illo tempore Romam nondum uiderat. Sed quicquid illud sit, Simonis officium hoc, quod Christo prestitit, abunde seneratum fuisse constat, quando & ipsius & filiorum nomina tam diligenter consignari uoluit spiritus sanctus. Similia exempla sunt in alijs, qui cum antea obscuri essent & ignobiles, martyrio nobilitati & celebres facti sunt. Quapropter crucis ignominia aded neminem terrere debet, ut hanc potius ueram & solidam perpetua & immortalis glorie materiam esse credendum sit.

Alterum in hac causa obseruandum est, quod est afflictionum Christi consortes simus, salutis etiam fiduciam in solius Christi merito collocatam habere conuenit, ne quid nostris meritis tribuamus. Fert quidem Christi crucem Simon, sed ubi ad supplicij locum uentum est, ubi pro totius mundi peccatis sacrificium fieri debuit, non ille, sed solus Christus in crucem suffixus est. Ita nos etiam uo quidem honore dignatur Dei filius, ut crucis ipsius consortes efficiamur, nostræ uero redemptionis gloriam sibi saluam & integram seruet, iuxta illud: Ego Dominus, hoc est nomen MEVM, & gloriam Isaac 42. meam alteri non dabo. Et Apostolorum unanimitas uox est, qua preter Iesum Christum, nomen nullum sub celo esse testantur, in quo homines saluati fieri oporteat. Et Paulus cum omnibus generis periculula & afflictiones Christi nomine sustinisset, se tamen in illius modo cruce gloriari dicit, nec quicquam aliud nouisse quam hunc crucifixum. Impudens ergo & perniciosa admodum est illorum insolentia, qui suis laboribus et afflictionibus salutis meritum tribuunt, quod solius Christi afflictionibus debetur, eo quod qui illas in assumpta carne sustinuit, simul dilectus ille Dei filius est, in quo patri complacuit. Et hoc quidem in presentem nostri Euangeliste locum sufficiant.

Ceterum priusquam dicendi finem faciamus, Christi colloquium cum mulieribus uidere oportet, quod eodem tempore incidit, et a Luca hisce uerbis describitur: Sequebatur illum multa turba populi ac mulierum, que plangebant et lamentabantur illum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super uobis ipsis flete, et super filijs uestris. Quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent, Beate steriles, et uentres qui non genuerunt, et ubera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos. Quia si hoc fit in humido ligno, in arido quid fiet? Quo loco primum obseruabimus, mulieres istas de Christo bene sensisse, cum mortem ipsius deplorando innocentie eius testimonium ferant, & iniquam Concilij atq; Pilati preiudicis sententiam damnent, qua morti fuerat adiudicatus. Est ergo hoc plenum consolationis, quod est maior hominum pars Christum condemnauerit, nec aliquo mortis ipsius dolore tangantur, imo ex ipsius afflictionibus & contumelijs uoluptatem capiant, non desunt tamen, qui ipsum agnoscant, & ipsi condolentes aliquam illi recreationem afferant. Perpetuum hoc est, & quando maxime regnare uidetur impietas, habet tamen sua ecclesie seminarium aliquod Deus, ex quo illa suo tempore instauratur, sicuti in prophetis non uno loco promisit. Officij uero nos admonent mulieres ista suo exemplo, ut nimirum ipsi quod, condoleamus ijs qui affliguntur, & (ut Paulus ait) cum plorantibus ploremus. Exigit hoc non modo charitatis lex, uerum etiam fidei mysterium, que nos sub Christo capite in unum et idem corpus coniungit, quod uno & eodem Christi spiritu animatur, & proinde idem sentire, et inter membra cuncta ab eadem illam custodire debet, quam inter nostri corporis membra esse uidemus: qua de re idem Apostolus in priori ad Corinth. pulchre disserit, & ad Hebræos eodem respiciens ait: Memores estote uictorum, tanquam unum cum illis uincti, eorum qui affliguntur, tanquam ipsi quoque uersantes in corpore. Et sepius accusantur, qui dum fratres laborant, ipsi uoluptati bus indulgent, uel etiam illis improbe & proterue insultant. Horum nos hodie meminisse oportebat, quando passim pericula imminere ecclesijs, & multi priuati fame & inopia, multi rationibus conscientie, multi alijs afflictionibus exercentur: nec meliora sperare licet, quando hac nouissima

Sola Christi
crux salutis me
ritum habet.

Mulieres Christi
mortem de-
plorant.

Isaie 1. & 10.
Ioc. 2. & c.

Rom. 12.

1. Cor. 12.
Hebr. 13.



tempora sunt, de quibus ista Christus olim prädixit. Sed quia hæc sine gemitu & oculis factis in-
cimus, nec interea ullas intermitterimus voluptatum illicitarum occasiones, satis testamur, nos ad ec-
clesiam & corporis huius mystici communionem adhuc alienissimos esse, & proinde nec ad salutem con-
suetudinem nos pertinere, quando hæc extra Christum nulla inueniri potest.

Christus mortem
suam non inul-
tam fore docet.

Porro Christus mulieres flere vetat, non quod ipsi pius ille affectus displiceat, sed ut san-
ctitate medeatur, quo illarum fidem certari non ignorabat. Quis enim illum Deo patri curæ esse passum
qui post eorum tam graues contumelias ad mortem infamem ducebatur? Docet ergo Deum sua morte
vindicem fore, & vindictæ grauitatem exemplis illustrat, quasi diceret: Si qua afflictio aut calu-
ritas fletum & lachrymas requirit, vestram potius & filiorum vestrorum calamitatem deplorat,
quæ vobis propter hanc meam mortem indignam obueniet, & tanta erit, ut quæ steriles fuerunt ho-
stias, beatæ & felices censeri possint, cum multi doloris acerbitate superari, optaturi sint, ut
ipsi dehisceat. Rationem vero addit parabola vestram, & ait: Quia si hoc fit in ligno baccato ac
viridi, in arido quid fiet? Quibus verbis ad Dei iudicium respicit, & seipsum cum incertis lili-
rum gente confert. Erat enim ipse lignum siue arbor virens & fructibus ferax. At tamen hominem
peccata, quæ in se ipse transtulerat, ita expiari voluit Deus, ut ipse insons & innocens tantæ
acerbæ pateretur. Quid ergo (inquit) sperandum est? Inquit, qui in prauis cupiditatibus suis
publicis ita exarsuerunt, ut toti aruerint, nec ullam amplius melioris spem de se se præbeat.
Nec inanes fuisse minas istas, mox securum gentis & urbis excidium abunde docet. Vnde nobis do-
ctrina communis petenda est, Deum suorum causæ non deesse, nec perpetuo impare ferre suam
rannidem ecclesiæ persecutores, licet interdum triumphent, & pro sua libidine in Christi membra
grassentur. Neminem ergo momentaneæ afflictiones offendant, sed in Deo confidant, qui causam
quam ex ipsius iussu sustinemus, vindicet esse acerrimus.

Mors Christi
ut desleri de-
beat.

Admonemur præterea mortem Christi ita à nobis desleri debere, ut simul quid ipsi mereremur
cogitemus, propter quorum peccata illum ista pati oportuit. Sumus enim nos reuera aridi ligni
inutiles trunci, & proinde digni qui in æternum ignem abijciamur, si suo iure in nos Deus non
Semper ergo hoc Christi dictum animis obuersetur, & nos ad patientiam in afflictionibus &
emendationem mirifice excitari sentiemus. Reperamus illud ipsum, si quando pius & sanctus
videmus. Per horum enim afflictiones mundo pœnitere nescio Deus præladit, & iudicij sui exco-
nem à domo sua orditur, ne in suis probare videatur, quæ in alijs puniunt, & ut sui cultores plaga-
ternis emendati æternum supplicium effugiant, vitam vero cælestem & immortalem consequantur
in Christo Iesu, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

1. Pet. 4.

H O M I L I A C X X I X .

Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est si interpretaris, Calu-
ariæ locus. Et dederunt ei bibendum myrrhatum uinum: ipse uero non
sumpsit. Cumque crucifixissent eum, disperserunt uestimenta eius pro-
iecta forte super ea, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, quando
crucifixerunt eum. Eratque inscriptio criminis ipsius inscripta: Iste est
Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextra,
& alterum ab eius sinistra. Et impleta est Scriptura quæ dicit: Et cum
iniquis reputatus est.

Argumentum
& usus præ-
sentis loci.
Hebr. 3.

IN tota filij Dei Iesu Christi historia nihil excellentius est illius morte, quam in cruce sustinuit.
Ut enim carnem humanam ex virgine Maria in eum sinem assumpsit, ut haberet quod pro pe-
ccatis nostris posset offerre: Ita in morte ipsius merito salus nostra omnis fundata est. Dissergetur
ergo considerationem merentur omnes huius historia partes, imprimis vero presens hic locus, qui
primo ipsum Christi supplicium cum præcipuis eius circumstantijs exponit, deinde quædam de
stium Christi distributione & mystico crucis titulo, hæc cum primis perinentia, commemorat, & quæ
multa simul concurrunt, quibus salutis nostræ mysteria pulchre explicantur, & quæ ad gloriam
sunt.